



---

## Yale University Library Digital Collections

<b>Title</b>	Cinna in Zmyrna apud Servium ad Virgil &hellip
<b>Call Number</b>	Gd2 010
<b>Published/Created Date</b>	M D CC LXI [1761]
<b>Collection Title</b>	Observationum liber
<b>Rights</b>	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
<b>Extent of Digitization</b>	Partial work digitized.
<b>Generated</b>	2022-05-30 19:55:07 UTC
<b>Terms of Use</b>	<a href="https://guides.library.yale.edu/about/policies/access">https://guides.library.yale.edu/about/policies/access</a>
<b>View in DL</b>	<a href="https://collections.library.yale.edu/catalog/2040373">https://collections.library.yale.edu/catalog/2040373</a>

---

## 16 E M E N D A T I O N V M


*Cinna in Zmyrna apud Servium ad Virgil. Georg. I, 288.*

*Te matutinus flentem conspexit Eöus,  
Et flentem paulo vidit post Hesperus idem.*

*Similiter Manilius I, 177. Columella x, 290. Seneca Hipp. 177. Boë-  
tbius I. M. v. & Staius Theb. VI, 238.*

*Roscida jam novies coelo demiserat astra  
Lucifer, & totidem Lunae praevenerat ignes  
Mutato Nocturnus equo.*

*v. Ludovicus Cerda ad Virgil. Ecl. VIII, 30. Vossius Theol. G. II,  
XXXI. & Vulpius ad h. l. qui pleraque loca pridem attulerunt, ut  
ostenderent Hesperum eundem esse ac Luciferum. Quam facile  
Eöus in Eos abire potuerit, atque ita, cum syllaba deesfet, ad-  
jici dem, monere non necesse est. Hanc autem conjecturam ad-  
didi, quod eam Burmanno, Poëticarum elegantiarum in paucis  
perito, valde placere viderem.*



## C A P V T II.

*Virgilius, auctor Culicis, aliquot locis restitutus. Oibus & Epihaltes non  
conati sunt mundum incendere. Rescindere coelum. Capellae subter dumos,  
non autem super iis cubant. Subter saepius in super abiit. Tellus multo,  
non autem magno sanguine manare dicitur. Magnus sanguis. Magnus,  
& multus permutantur. Vis Argea. Pinus Argoae navi decus addita. Te-  
lamon habuit in matrimonio Peribocam Alcatboi, Megarae Regis, filiam,  
qua natus est Ajax; Teucer autem notus Hefione captiva procreatus est.  
Zanclaea Charybdis. Hectoris ira. Propter. Metare loca. Laestrygones  
atri nequeunt vocari. Scriptores jam geminant, non autem frequentant  
jam, jam, jamque.*

**C**ulicem Maronis antiqui scriptores non pauci memorant: sed  
de ejus, qui nunc exstat, auctore dubitatur. Carolus enim  
Ruæus in Hist. Virg. ad A. V. C. 696. & Franciscus Oudinus in  
Adversariis Criticis, & singulari Disceptatione de Virgiliano Culice,  
quam Dorvilius in Obs. Misc. Nov. T. IV. p. 307. edidit, indi-  
gnum